

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 119. Quatuor Facultatem conventus pro obedientia Regi præstanta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

desecerant, alii autem non ita pridem
in gratiam recepti fuerant.

Sæcul XVI.
A.C. 1594.

§. CXIX.

Quatuor Facultatum conventus pro obedientia Regi præstanda.

Die secunda Aprilis Jacobus Amba-
sius Medicinæ Doctor, regiusque
Archiater, qui Antonio Vincyo auffu-
giente Universitatis Rector die trigesi-
ma prima Martii creatus fuerat, Regem
salutatum venit, comitantibus eum qua-
tuor Nationum Procuratoribus, pluri-
bus Doctoribus, aliisque Universitatis
Ministris, qui unaomnes ad Regis pe-
des provoluti in gratiam recipi, ac pro-
sidelibus subditis haberi impense roga-
bant. Placuit plurimum Regi horum
subjectio: nondum vero inter Universi-
tatis membra convenerat, quo subjectio-
nis genere sese Regi devoverent: quo-
rumdam enim Theologorum tam ex
profano, quam sacro cœtu congregato-
rum opinio eo abibat, quod Regem per
regni sui Præsules a censuris suisse so-
lutum, minime sufficeret, sed insuper
eundem a Papa admitti, & tanquam
primogenitum Ecclesiae Filium agnisci
requireretur: ut ergo discors horum sen-
tentia conciliaretur, plures, iisque ad-
modum diuturni habebantur congrega-

Thu. t. 109.
Mem. p. 218.
Mem. de la
Lig. t. 6.
pag. 98.

Hist. Eccles. Tom. LI.

Ee sus

Sæcul. XVI
A.C. 1594.

sus: tandem solemnior cogebatur con-
ventus feria sexta die vigesima secunda
Mensis Aprilis præsente Reginaldo Bel-
nensi, Bituricensi, ac postea Senonensi
Archiepiscopo. Intererant quoque Re-
gis nomine Dous Parisiensis Guberna-
tor, necnon Antonius Seguierus urbis
Prætor: tum vero novus hic Universi-
tatis Rector Vir prudentia clarissimus
unacum quatuor Facultatum Decanis,
Navarrici Palatii Magistro, ac Sorbo-
nici Collegii Seniore decernebat, Hen-
rico IV. Regi obedientiam, submissio-
nem, & fidelitatem jurata fide esse de-
ferendam.

§. CXX.

*Publicum Universitatis monumentum
de jurata obedientia Regi
præstanda.*

*Mem. de la
Lig. t. 6.
l. c.*

Argentre

Coll. jud.

t. 2. p. 505.

Avil. l. 14.

Ex Theologiæ Doctoribus quinquaginta
quatuor numerabantur, qui hujus
submissionis decretum concipiebant,
quo facto fidei juramentum propone-
batur hujus tenoris: „Notum sit hu-
„jus publici instrumenti tenore, quod
„die infra scripta comparuimus in aula
„Theologali Collegii Regalis Campaniæ,
„alias Navarræ, nimirum nos Jacobus
„d'Amboise Rector, Decanus veneran-
„dæ senectutis, & Doctores Regentes
„sacra-